

Angers 55 (lat)

[Ohne Titel]

In Dei nomen^a placuit adque convenit inter **illus** et **illus** germanus, ut inter se de res eorum devidere debuerunt. Quod ita et fecerunt. Accipit **illi**, hoc est casa cum omni circumcincto **illa** seu et mancipia vel mobile et immobile, quem in ipsa casa esse viditur, vel vinias, silvas et prata, quantumcumque in^b ipsa casa |¹ aspiciere viditur, totum et ad integrum^c Et in contra accipit germanus suos **illi** alio locello **illo** cum omne rem ad se pertenentis. Unde convenit, ut [epistolas]^d manus eorum firmatas inter se accipere deberunt. Quod ita et fecerunt, ut unusquis quod^e accipit habeat, teneat et possedeat, vel^f cui voluerit derelinquat. Et si fuerit unus ex nus ipsis, qui contra pare suo agere aut resultare presumserit, partem suum ad pare suo admittat, et insuper soledus **tantus** conponat. Et quod repetit nichil valeat vindecare^g et hec paccio divisionis omni tempore firma^h permaneat.

^anomen] nom̄ Fu₂

^bin] verbessert aus m Fu₂

^caspiciere ... integrum] aspiciere ... integ auf Rasur Fu₂

^depistolas] ergänzt, fehlt Fu₂

^equod] qud̄ Fu₂

^fvel] qu getilgt nach vel Fu₂

^gvindecare] für vinlvindecare (Zeilenumbruch) Fu₂, so auch Zeu

^hfirma] für firma, so auch Zeu

¹[fol. 178^v]

